

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

mutat colorem. Seminibus cannabis, cadaveribus, nucleisque abietum delectatur; in ejusmodi denique arboribus Ianuario & Februatio mensibus nidificat. Hyemali tempore, cum frigore omnia rigent, cantat; etate abstinet.

C A P U T X X I I . D E M I L V O.

Mllvi ubique fere gentium degunt, sed loca mutant, præsertim si sint in vicinia. Nam alias in cavernis quercuum inventi sunt, pulvere carioso corpus foventes. Circa Pontum Euxinum tam multi hyeme adventante conficiuntur, ut si per quindecim dies tanta advolaret, quantam *Bellonius* una die vidit, copia, hominum exuperarent numerum. Adducunt secum Cuculum scapulis propter breves ejus volatus suscepimus. *Isidor.* Mutandi temporis cognitionem scriptura illis adscribit *Ierem. c. 8.* Tempore Caniculae in median æteris regionem tanquam frigidam se confert, & ibi à metidie ad vesperam degit. *Herodot. l. 2.* In Lybia tamen & Sancti Dominici Insula perennes sunt; Londini quoque, quia non licet occidere. Hinc per confertos etiam homines, prædam (est autem spurcites in urbem aut Thamesin ab incolis ejecta) in altum tollunt. *Clus. l. 2. c. 36. in observat. Bellonii.* Carnes etiam è macello auferunt panem è manibus puerorum, pileos de capitibus, nudilandi præsertim tempore. *Aelian. l. 2. c. 47.* Primit annis magnas venantur aves, vegetiores facti, parvas, tertio anno muscas & culices. Visum prædicat *Apulejus*, πτεντιφθαλμογενεί certe Aristophanes dixit. Tam alte volat, ut se interdum humanæ eripiat acie, tam late, ut nulla tam ampla æteris emeriat spacia: tam denique celeriter se dimittit, ut segmenta pulmonum bubulorum projecta artipiat, priusquam in terram deciderint. *Bellon. l. 2. de Avib. c. 26.* Immotis alis interdum se per horam in ætere vibrat. Elata enim ex parte pau-

te paulisper ala , unde subit aura , motum etiam ætis
in reliquum excipiunt corpus , atque ita sustinentur .
Punica malo nunquam insider , imo ne aspectum fert :
at bubonis videndi maxime tenetur desiderio . Comi-
tialem morbum vivus in olla crematus , sanare dicitur .

C A P U T X X I I .

D E M A N U C O D I A T A
& M E R G O .

QVINQUE *Manucodiatarum* species observavit *Aldrovandus* ; Omnes quoad corpus vix hirundine
majores , haud dissimiles caput . Vita illis continua
in aëre dicitur , quies , & non nisi in motu tonico .
Carent enim pedibus & nonnisi exfortes vitæ terra su-
stinetur . Vanum , Difficulter enim in eo ligatis sensibus
capietur somnis ; summum quippe motus tonicus ex-
ercitium est . Par illud , in musculorum dorso cavita-
tem esse , in hanc fœmellas , quibus etiam venter ca-
vus , ova sua deponere . Nil tale invenit Aldrovandus ,
qui *Manucodiatas* vidit . Nec diversum , pasci rore , tum
quia sublime volare dicuntur , tum quia non semper
ros est . Restaurandum autem semper , quod semper de-
perditur . Ianissatos Indiæ populos pennis ejus exorta-
ri dicit *Bellonius* , hatum adjuamento illætos ē in pri-
ma acie futuros existimant . De *Paradyso* venire , vo-
luptatum illius indicem , persuasere Regibus Marmin
Mahumetani . Mergi in Oriente piscium capiendorum
capiuntur causa . In civitate quadam , inquit *Odori-*
cus à Foro Iulii , ad magnum fluvium sita in Oriente ,
hospitem piscaturum comitamus , vidi in *Navigulis* ejus
mergos super pertica alligatos , quibus ille guttur filo li-
gavit , ne pisces captos devorare possent . Ponunt autem ad
singulas naves tres magnas cistas , unam in medio , & ab
istroque extremo singulas . Tum mergos solutos dimisit ;
qui mox pisces quam plurimos cepere , & ipsimet in ci-
stas illas imposuerat , ita ut brevi tempore omnes repleve-
rint . Tum hospes filis à gutture solutiis , eos jam sibi i-
psis